



**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. LVII. de beneficiis vacantibus per contractum matrimonii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](#)

» executionem litterarum prætarum , servata alias earum forma, procedentes  
 » litteras ipsas à data præsentium valere, plenamque roboris firmatatem obtinere,  
 » & Oratori suffragari debere decerni , perinde ac si ipsi Capellani cura anima-  
 » rum imminebat expressum fuisse, committere dignemini . &c.

C Electiva ) Adde gl. in c. Cum illis de præb. in 6. Rotam decif. 41. descript. in  
 antiq. Bisignelt. decif. 13. nu. 5. de præb. Filij. in c. in nostra de Rescript. ubi latè ma-  
 teriam tractant expressionis qualitatum beneficiorum.

D Vel Patronatus ) Adde Rebuff. in præxi 3. p. sig. nu. 6. Geminia & alios in  
 c. 2. de præb. in 6. Felij. in d. c. in nostra nu. 39. de Rescript.

E Nihil de hoc caveretur ) Et merito , cum non sit necesse facere mentio-  
 nem , an sit cum cura vel sine cura , quando est tale beneficium quod de haber  
 curam , Rota decif. 201. in antiq. Felij. in d. c. In nostra nu. 14. de Rescript. perm.  
 Rota decif. 13. de præb. in antiq. quæ dat exemplum de cura animarum , quam ha-  
 bet Archidiaconus , Archipræbyter , Decanus de jure communis ; nam de  
 ipsa non est necesse facere mentionem : quod enim certum est in jure , non est  
 necesse illius facere expressionem Felij. d. nu. 14. Sic valet in regularibus impe-  
 tratio de beneficio Regulari , non expresso quod sit manuale : quia Papa eo ipso  
 quod exprimit esse regulare , intelligit quod est amovibile , nisi esset curatum  
 vel electum ; secus si esset manuale ex constitutione , vel alio modo ; quia tunc  
 non tenet sine expressione manualitatis , Ita Cassad. dec. 12. de præb. nu. 9. Sic etiam  
 non est facienda mentio in litteris de qualitatibus non consideratis à jure & stylo ,  
 Fla. Parif. de resig. ben. lib. 10. q. 2. nu. 18. apud quem hac de re plura vide. Ita etiam  
 in primarijs Precibus Imp. Precista non tenetur exprimere qualitates bene-  
 ficiorū que possident , licet aliud sit in Nominationibus Vniverstitatum ita me-  
 stante Rebusto tract. de Nominatio. q. 9. Pensionarius tamen beneficium imperans  
 tenetur pensionis suæ quam habet in alio beneficio mentionem facere 10. Bapt. 15  
 Caccialupus tract. de Penſio. q. 26. quod intellige quando reservata est pensionario  
 ut decentius sustentari possit , ut communiter sit , Gigas de Penſio. q. 67. num. 4.  
 qua de rescripti supra Reg. 61. Plura de qualitatibus beneficiorum , & de qui-  
 bus alias sit facienda mentio ad nauseam videto apud Felij. in dist. cap. in nostra  
 nu. 10. usq; ad nu. 45. inclusivè.

## Argumenta in Regula. LXIII.

### INNOCENTII VIII.

I. **S**i Papa providit alicui de beneficio quod exprimebatum vacare per con-

tractum matrimonij Titij, & antequam in-  
 contraheret mortuus est Papa , & po-

DE BENEF. VACAN. PER CONT. MATRIM.

- 513  
1. Titius, priusquam successor promoveretur ad beneficium, an dicatur reservatum;  
2. Hec Regula an sit de dandis.  
3. Beneficium non censetur reservatum per sponsalia de futuro.  
4. An sit locus privationi ipso jure ubi matrimonium de jure non teneret.  
5. Per contractum matrimonij vacant beneficia, etiam si non fuerit consummata vel alias de jure non subsisteret.
6. Per contractum matrimonij vacante etiam pensiones.  
7. Per contractum matrimonij vacante regressus & accessus & quilibet iura ad beneficia.  
8. Gratia Papæ non dicitur perfecta, nisi litteris expeditis.  
9. Beneficia in sacris constituti matrimonium contrahentis non vacant ipso facto, sed per sententiam.

Regula lxiv. INNOCENTII VIII.

DE BENEFICIIS VACANTIBVS PER CONTRACTVM MATRIMONIIL

Item voluit quod si reservaretur beneficium per contractum matrimonij, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censetur beneficium reservatum generaliter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium? Sed in beneficiis per promotionem, vel affectionem vacaturis, ponatur clausula, Cum beneficia huiusmodi præmisso vel alio quovis modo &c, præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiam si vacent &c.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A] St. Regula dicit quod si beneficium aliquius reservetur per contractum matrimonij ipsius, tunc in bulla non debet dari alius modus vacationis de futuro, nec censetur illud beneficium specialiter reservatum nec affectum nisi sequatur matrimonium: sed si reservatur beneficium aliquius per eius promotionem vel affectionem alterius beneficij, tunc Abbreviatores debent ponere Cum beneficium hujusmodi præmisso vel alio quovis modo &c: præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiam si vacet ad præsens & per Constitutionem Execrabilis &c: hoc dicit.

Et quo ad primam partem videbatur quod illud beneficium semel reservatum vel affectum semper maneret reservatum, specialiter vel affectum, per decisionem Rotæ qua hoc dicit, de Sss 3. quæ

qua dixi superius sapenumero : sed hic deciditur contrarium : quia forte impretransmis-  
tiosè fecit ut semper esset reservatum, idèò &c :

Sed vidi dubitari in curia, quia Sextus proridit uiri de beneficio quod exprimebatur ua-  
care per contractum matrimonij Titij, & antequam contraheret mortuus est Papa, & an-  
tequam Innoc. promoveretur mortuus est Titius, vel resignavit, an beneficium illud dicatur  
reservatum? & certè potest dici quod sic : quia ista regula mortua fuit cum Sexto, ut fu-  
pra in proemio dicitur, ergo &c : sed posset dici quod non: quia licet ista regula sit sublata,  
tamen Papa major est, iuxta ea que notantur in c. novit de jud. reservatum & idem  
est magnum tenere, quod non sit reservatum, & propterea dixi alias propter hanc rati-  
onem subintellectam, quod si Papa reservasset motu proprio per contractum matrimonij,  
tunc etiam semper maneret affectum, ex quo constat de intentione Papa, facit dicta de  
Rota, & rationes ibidem allegatae; In secundo tamen casu crederem quod maneat affectum  
beneficium, licet non sequatur promotio &c : quia si non exprimitur nisi per con-  
tractum matrimonij, ergo per locum à speciali, contrarium est regulare c. prælenti §. loca  
de præb. lib. vi. Verum est tamen quod impretransmisio non debebitur si vacaverit per obitum,  
ut hic dicitur, sed maneat affectum, & reservatum specialiter, quia si contrarium voluisse  
Papa, expressis est sic in primo casu, cap. ad audienciam de decim.

Et credo quod quod primam partem, scilicet quod non maneat affectum &c, ista regu-  
la sit danda, licet concernat expeditionem, quod non maneat affectum &c : Credo tamen  
quod in primo casu Camera daret etiam clausulam, quovis alio modo vacaverit &c:  
etiam temporibus istis.

## COMMENTARIA JO. A CHOKIER.

**A**N si sequatur matrimonium ) Et sic non censetur reservatum per Ipon-  
salia de futuro c. 1. & 3. de Cler comulg. in 6. Rata dec. 1. d. tit. in No. & dec.  
21. de probat. in antiqua Capella Tholos. decif. 239. ibi Aufrer. Maſcard. tract. de Probat.  
concluſ. 182. per totum Lud. lopes 1. p. Inſtruct. c. 256. col. 6. vers. Interim ſimile pullata,  
Sanchez de Matrimonio lib. diſput. 42. nu. 1. ubi infinitos pro hac ſententia citat.  
Sed difficultas eft an per contractum validè matrimonium, vident ſeu amitan-  
tur beneficia ipso jure? id quod eft magna considerationis: nam ſi vident iplo  
jure clericus ſtatim post contractum matrimonium non poterit resignare in fa-  
vorem alicujus Flam. Parif. de Refig. ben. lib. 3. q. 1. num. 21. quod ſi non vident  
donec privatū, poterit ante ſententiam privationis adhuc lite pendere in fa-  
vorem alicujus renunciare, gl. c. 2. verbo finita, ut lite pend. Rebuff. de paſſ. poff. num.  
261. Covar. Cle. ſi furiosus de homicid. 2. par. §. 3. nu. 7. Flam. Parif. d. lib. 3. q. 16.  
nu. 8. Breviter, Sanchez, d. loco nu. 2. & 3. poſtquam auſtores contraria ſen-  
tentiæ.

tia produxit, affirmativam tuerit validissimis rationibus permultiq; auctoritatibus, videlicet vacare ipso iure beneficia illius clericis in minoribus ordinibus constituti, qui matrimonium contraxis, etiamsi nondum fuerit contractum per verba de praesenti: adeo, ut nec clericus recuperet beneficium nondum alteri collatum, quamvis sponsa nondum cognita decebat, aut ad religionem transeat: quibus porro rationibus hanc tuatur sententiam, illam vero rejicit apud illum videto, satis enim est brevitas studenti illius mentem indicasse. Tantum subiectio predicitam sententiam procedere & extendi etiam ad matrimonium quod non tenet de jure, ut quia contraxis cum impubere, vel consanguinea, nihilo minus enim erit locus privationis ipso jure, Rota dec. 1. & 2. de sponsal. in antiqu. Rom. conf. 483. nu. 5. & 6. quia ex quo non stetit per eum, videtur animum habuisse perdendi beneficium, & magis consideratur esse & tunc, Rota decis. 1. & 2. de cler. coniug. in antiqu. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 15. nu. 44. Videndum tamen quoad hoc Sanchez d. lib. 7. disput. 43 per tot. ubi nu. 5. idem cum predicitis censet; Non etiam si matrimonium sit irritum ex aliis causis, putasi contraxerit matrimonium sine testibus aut coram non proprio parocho, quod est contra dispositionem Concilii Tridentini Sess. 24. c. de Reform. matrim. quia eo casu matrimonium nullum est ex defectu formae seu solemnitatis, non incurritur pena, ut coram R. P. D. Orano Rota Auditore celebrissimo probat Nicol. Garcia tract. de ben. p. II. c. 8. nu. 15. Idemque erit si ex aliis causis, per eundem Zanchiem allatis, quas si opus est videto, ut & Staphileum de litter. grat. & iust. qui ejusdem cum aliis præcitatibus est opinionis, quod videlicet vacante beneficia per contractum matrimonij etiam ante copulam carnalem, in modo etiamsi sponsa religionem profiteatur ante copulam. Et quemadmodum vacant beneficia, ita etiam pensio Gigas p. 54. qui ait hanc partem amplecti Curiam Romanam, & sibi in facto accidisse, & Navar. de Orat. c. 21. nu. 53. Flam. Paris. lib. 1. q. 1. nu. 15. & lib. 6. q. 2. nu. 1015. qui ait communem eam esse & receptam DD. sententiam nisi tamen pensio non sit in titulum beneficii præsignata; quippe cum talis pensio possit laico concedi, Card. in Cle. I. §. eadem q. 6. de suppl. negl. prelat. non mirum est, si per contractum matrimonii non vacet. Sed Covar. d. §. nu. 7. ultim. Curia Romana obtinuisse scribit, ut pensiones vacant per contractum matrimonii etiamsi simpliciter & nullo adiectione onere spirituali fuerint constituta, nisi concessae fuerint a S. Pontifice alicui laico pro re in defensionem Ecclesiae utiliter gerenda, vel genita, aut quando ex voluntate Romani Pontificis colligitur eum velle per contractum matrimonii non extingui, Io. Bapt. Caccialup. tract. de pensio q. 50.

Ceterum, quemadmodum vacant regulariter per contractum matrimonii beneficia, & pensiones, ita etiam regressus, & alia quælibet iura ad beneficium ecclesiasticum ipsi contrahenti competentia glo. in c. verbi Clericalis de cler. coniug. in 6. Covar. d. tit. nu. 6. ut si quispiam expectatiyam impetravit ad beneficium vacaturum

caturum, & antequam vacaret, iniit matrimonium, ac defuncta uxore vacavit, non poterit eam petere, & multò magis perditur jus in re, quam ius ad rem, c. quem admodum de iure iur. Navar. c. si quando exceptione & num. 1. de Rescript. Sander. d. tit nu. 6.

Sed quid si litteris resignationis nondum confectis, seu bullis non expeditis matrimonium contrahat, vel cueillam monasticam sumat, an beneficium nihilominus censeatur vacare? Affirmativam tenet Aegid. conclus. 644. incip. si Papa, quia gratia Papæ non dicitur perfecta, nisi reducatur in mundum, quae relate scripsi ad Reg. xxv.

Denique, quod diximus in simplici clero eius beneficiavacare per contractum matrimonii ipso facto, non obtinere in beneficiato in sacris ordinibus constituto, sed per sententiam iudicis esse privandum scribit Navar. in Mammæ 2.25 tit de Peccatis clericor. nu. 120. Garciatrazz. de ben. par II. cap. 8. num. 17. ubi multos allegat, quos videto.

## Argumenta in Regul. lxv. Innocentij VIII.

1. AN Regularis possit obtinere beneficium seculare sine dispensatione?
2. Iura loquentia de personis, loquuntur de idoneis, & non de aliis.
3. Quilibet presumitur idoneus, nisi probetur contrarium.
4. Hæ Regula non est danda.
5. Camera non adstringitur dispositioni hujus Regule.
6. An solum Papam spectat derogare numero religiosorum.
7. Vbi non est certus numerus, Papa potest mandare, ut unus recipiat ultra numerum tunc existentem.
8. Regularis sine dispensatione secularia beneficia obtinere non potest: limita ut numero 10.
9. Quid si Pontifex dispense cum seculari concedendo ei beneficium regulare, & electivum, ex lege ut si per

cellum, vel decessum vacabit, illud revertatur ad pristinum statum, an huius fiat alterius conditionis, que facit, si beneficium quantumlibet electivum vacet in Curia, retineat dictum beneficium pristinam suam qualitatem, an veto reservatum censeatur?

10. Regulari beneficium seculari quando conferri possit.

11. Ordinarius an possit providere beneficio alterius ordinis monacho.

12. Admissus ad beneficium regulare vel seculare admitti nequit in Capituis generalibus, vel provincialibus, conegatiis & officiis &c: sine consensu Generalis.

13. Regularis habens beneficium seculare cum dispensatione absolvitur ab ordinacione sui Superioris,

Regula